

914 dicembre, Verona

Ingelfredus, conte di Verona, figlio del defunto Grimaldus di origine alamanna, per la salvezza dell'anima dona al monastero femminile di San Zaccaria, sito nel territorio delle Venezie, le corti, con i domocoltili e le pertinenze, che egli possiede nel territorio e nel comitato di Monselice nel fondo, luogo o villa Petriolo con la cappella di San Tommaso, e nella corte Cona con la cappella di Santa Maria. Dette proprietà, con i domocoltili e le pertinenze, assieme ai diritti d'uso diventeranno di proprietà del monastero solo dopo la sua morte e quella del figlio Aitengus/Aytengus, nel caso in cui questi non abbia eredi legittimi o non abbia redatto un testamento.

Originale in Venezia, Archivio di Stato, San Zaccaria, pergamene, busta 20, numero 188 [A].

CE II.30

Edizione: Fainelli 1963.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Regnante domno nostro Berengario rege hic in Italia anno vigesimo septimo. Sub die mensis decembris indictione tertia feliciter. Monasterio sancti Zacharie puellarum quod est constructum<sup>a</sup> in finibus Venetiarum non longe a palatio<sup>b</sup> de Rivoalto sanctum venerabilem locum.<sup>1</sup> Ego quidem in Dei omnipotentis nomine Ingelfredus gratia Dei comes comitatu Veronense et filius [bone memorie] Grimaldo ex Aleman[n]orum genere<sup>2</sup> cognito Dei omnipotentis timore et remedio anime mee vel parentorum meorum ut aliquid de rebus meis quas hic subter designavero in ipsum sanctum monasterium ordinare desidero iuvante Domino volo ut sic permaneat in perpetuum dixi primo<sup>c</sup> omnium do cedo trado atque offero in suprascripto monasterio ad eius iure abendum idest quod dono in suprascripto sancto<sup>d</sup> monasterio offero hoc est curtes meas iuris proprietatis mee cum omni domui cultile et pertinendi sua quas habere et possidere visus sum que posite sunt in finibus et Montesilicano comitatu in loco et fundo et villa que nominatur Petriolo<sup>3</sup> cum sua capella qui est vocabulum sancti Thome apostoli qui est constructa retro muris de ipso castello in costa ipsius Montesilicano et curte que nominatur Cona<sup>4</sup> cum sua capella que est ibi edificata ad honorem sancte Marie ad ipsas namque curtes et ad predictas capellas una cum<sup>e</sup> domo et cultile et sediminas earum cum curtes ortos et viridarios<sup>f</sup> suos cum olivetas et pomiferas supra se abentis<sup>g</sup> cum omnibus rebus terris et vineis cum omni domui cultile ibidem pertinente et foris una casalis massariciis cum casi[s] curtis ortis areis et sediminas earum cum terris<sup>h</sup> et vineis campis pratis pascuis silvis salectis sacionibus rupinis ripis decimis pinsionibus piscationibus venetionibus<sup>i</sup>

<sup>a</sup> Fainelli corregge in constructum.

<sup>b</sup> pallatio in Fainelli.

<sup>c</sup> firmum in Fainelli.

<sup>d</sup> o messo in Fainelli.

<sup>e</sup> cun in Fainelli.

<sup>f</sup> Fainelli corregge in viridarios.

<sup>g</sup> abente in Fainelli.

<sup>h</sup> teris in Fainelli.

<sup>i</sup> Fainelli corregge in venationibus.

nolendinis<sup>j</sup> cum aquimulis<sup>k</sup> suis rivis ac paludibus aquis aquarumque<sup>l</sup> decursibus et cum omnia ex in [omni]bus<sup>m</sup> casis et rebus ad eandem curtes et capellis prenomatis<sup>n</sup> et masariciis<sup>o</sup> et casalis pertinente in integrum ubi<sup>p</sup> exinde inventum fuerit per singulas locas et fundoras consistentes vel aspicientem ista omnia ut supra legitur ad suprascripto<sup>q</sup> monasterio do cedo trado sub eandem videlicet rationem et tenore ut usque dum ego quidem suprascriptus Ingelfredus comes et Aitengo filio meo in hoc seculo advixerimus omnia in nostra sit potestate ad iudicandum et ordinandum et faciendum in omnibus quicquid nobis decreverit animus et voluntas quo ordine ut si ipse Aitengo filio meo post meum remanserit discessum et absque filii filiabus legitimi aut sine testamento et ordinatione seu traditione de hoc seculo transitus fuerit tunc ist[a] omnia pariter ut supra legitur in integrum deveniat in suprascripto monasterio et potestate et ordinatione abatisse qui<sup>r</sup> ibidem modo est aut in antea pro temporibus fuerit ordinandum et regendum et gubernandum pro anima nostra vel parentorum nostrorum distribuendum iuxta Deum qualiter melius providerit ut nobis peccatores vel parentorum nostrorum proficiat ad salutem ad gaudium sempiternum. Et quod absit fieri esse<sup>s</sup> non credo si pontifex aut abbatissa huius monasterii ipsas res meas<sup>t</sup> de ipso monasterio sancto abstrahere voluerit aut in beneficio dare voluerit pro qualibet<sup>u</sup> ingenio tunc habeat sibi Deum contrarium patrem filium et spiritum sanctum et sub anathema trecentorum decem et octo patrum constrictus maneat et cum Iuda traditore Domini nostri Iesu Christi in infernum damnetur incendium et suam nunquam mereatur adimplere voluntatem. Et ideo si post nostrum Ingelfredi comitis et Aytengo filio meo amborum discessum aut si ipse Aitengus [sine ...] filiis et filiabus legitimis aut sine testamento mortuus fuerit vel si alii heredes vel parentibus nostris surrexerimus qui carta hanc meam paginam offersionis que ego meo bono animo fieri decrevi ire quando[cum]que temptaverit aut eam infringere aut interdicere<sup>v</sup> vel subtrahere aut minuare quesierint tunc componat qui hoc facere voluerit a parte suprascripto monasterio pena auri optimi<sup>w</sup> libras centum et argentum pondera[s] ducentas coactos absolvant et quod repetierit nichil vindicare valeant et in suprascripta anathema [sub]iaceat sed presens hec mea pagina offersionis sicut supra legitur [...] suprascripto monasterio sub eandem videlicet rationem ut supra legitur firmam et stabilis inconvulsa plena et in[...]eat cum stipulatione subnixa. Et quia ego ipse Ingelfredus comes hanc pergamena[m] et atramentario et pinnam totum simul de terra levavi et Martinus notarius tradidi ad<sup>x</sup> scribendum et testes similiter rogatos obtuli ad roborandum. Acto in civitate Verona feliciter. Signum + mano suprascripto Ingelfredus comes qui paginam offersionis fieri rogavi ad omnia suprascripta et ei relecta est. Signum + manibus Uberto vasso suprascripto Ingelfredi comes et Machelmo filius quondam Bernerio et Frediberto filius quondam Artecauso ex Alemannorum genere omnes testes. Signum + manibus Richerio filius quondam Attoni ex Allemanorum genere

<sup>j</sup> *Fainelli corregge in molendinis .*

<sup>k</sup> *aquarolis in Fainelli.*

<sup>l</sup> *aquarumque in Fainelli.*

<sup>m</sup> *cum omni[...]bus in Fainelli.*

<sup>n</sup> *Fainelli corregge in capellas prenomatas.*

<sup>o</sup> *Fainelli legge masseritiis.*

<sup>p</sup> *Fainelli corregge in ut.*

<sup>q</sup> *suprascripto in Fainelli.*

<sup>r</sup> *que in Fainelli.*

<sup>s</sup> *omesso in Fainelli.*

<sup>t</sup> *mea in Fainelli.*

<sup>u</sup> *Fainelli corregge in quolibet.*

<sup>v</sup> *au tinterdicere in Fainelli.*

<sup>w</sup> *Fainelli corregge in optimi.*

<sup>x</sup> *omesso dal Fainelli.*

testis. Signum + manibus Gisoni de Suavus testis. Signum + manus Ansprando qui Azo vocatur testis. Signum + manu me Ingauso vasso domno regis et Iugo qui Azo vocatur vivente lege Allemannis testes. + Ego Ildebertus scavinus rogatus mano mea subscripsi. Signum + manus Hedericho et Rumo germanis et Heregerio ex Allamannorum genere testes. Signum + manu Milonis vasso domno regis Francorum testis.<sup>5</sup> + Ego Pedelbertus rogatus mano mea subscripsi. + Ego Gusus notarius mano mea subscripsi. Ego qui suprascriptus Martinus notarius rogatus hanc paginam offersionis scripsi et posto traditam complevi.

## NOTE STORICHE

---

<sup>1</sup> Sul monastero femminile di San Zaccaria si veda documento Venezia 4 e nota 3. Questo documento è analizzato assieme ad altri (ovvero i documenti Venezia 9, 13, 15 e 16) a dimostrazione del radicamento territoriale nella terraferma di Venezia in WEST HARLING 2013, pp. 249-252.

<sup>2</sup> Ingelfredo, di nazionalità alamanna, fu conte di Verona e fedelissimo di re Berengario I. Si veda CASTAGNETTI 1990, pp. 79-80. Egli presiede a principio del X secolo due placiti riguardanti il castello di Nogara. Si vedano i documenti MA I.125 e 128.

<sup>3</sup> La corte di Petriolo e la relativa cappella di San Tomà o San Tommaso (e Zenone) si estendeva fra diverse località del Monselicense, attorno alla suddetta chiesa e sulle pendici del Monte delle Vigne, attuale Monte Ricco. La corte di Petriolo era stata donata nel 906 a Ingelfredo dal vescovo di Verona Adelardo, come apprendiamo da un documento giustificativo, ovvero i cosiddetti munimia o documenti di accessione, conservato nell'archivio del monastero (FAINELLI 1963, pp. 96-98). È assai probabile che, dopo la morte di Ingelfredo e del figlio Aitengo, la corte di Petriolo non entrasse nelle disponibilità del monastero, poiché essa nel 928 appare ancora di proprietà del vescovo di Verona, Notkerio. È quest'ultimo a donarla al monastero con una carta offersionis (si veda documento Venezia 9). La corte sarà in seguito oggetto, assieme a quella di Cona (vedi nota sottostante), di un diploma di Ottone I del 963 con cui il sovrano ne conferma il possesso a San Zaccaria, assieme ad altri territori posti nella Saccisica e precedentemente donati al cenobio da Ildeburga. Si veda MODZELEWSKI 1962, pp. 42-49. La succitata cappella di San Tommaso (e Zenone) sarà oggetto nel 955 di rivendicazione da parte del monastero di Santa Giustina di Padova. Si veda per questo il documento Veneto 12.

<sup>4</sup> Non sembra di poter identificare la corte di Cona (e la relativa chiesa di Santa Maria) con l'attuale comune di Cona in provincia di Padova, dove nei secoli successivi sono attestate proprietà da parte di un altro ente ecclesiastico veneziano, ossia San Cipriano. Essa si collocava piuttosto nei pressi di una non meglio conosciuta corte di Lauzo nel territorio di Monselice. Questa indicazione è contenuta in un documento giustificativo, conservato nell'archivio del monastero (TASINI 2009, pp. 752-753). Diversamente che per la corte di Petriolo, ancora in possesso del monastero di San Zaccaria nel XII secolo, quella di Cona fu molto presto alienata, poiché di essa si perdono le tracce nella documentazione. MODZELEWSKI 1962, p. 66.

<sup>5</sup> Si tratta del conte e poi marchese di Verona, Milone, il quale redige nel 955 luglio 10 il suo testamento, che contiene un legato a favore del monastero di San Zaccaria. Si veda documento Venezia 16.